UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum aliqua passio sit bona, vel mala ex sua specie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

deratione rationis. unde patet reſponſio ad primũ.

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ in omni paſſione animæ additur aliquid, vel diminuiẽ a naturali motu cordis, inquantũ cor intenſius, vel remiſſius mouetur, ẜm ſyſtolem, aut diaſtolem: & ſecũdum hoc habet paſſionis rationem: tamen non oportet, ꝙ paſſio ſemper declinet ab ordine naturalis rationis.

Ad tertivm Dicendum, ꝙ paſſiones aĩæ inquantum ſunt prẹter ordinẽ rõnis, inclinant ad peccatum: inquantum autem ſunt ordinatæ a ratione, pertinent ad uirtutem.

Articvlvs III.

Vtrum paſſio addat, uel diminuat ad bonitatem uel malitiam actus.

Inf. quæſtio. 77. art. 6. & uer. q. 26. ar. 7. & mal. q. 3. ar. 11.

AD tertivm ſic proceditur. Vr̃, quòd paſſio q̃cũque ſemper diminuat de bonitate actus moralis. Omne enim quod impedit iudicium rationis, ex quo dependet bonitas actus moralis, diminuit per conſequens bonitatem actus moralis: ſed omnis paſſio impedit iudicium rationis. dicit enim Saluſtius in* Catilinario; Omnes homines qui de rebus [dubiis] conſultant, ab odio, ira, & amicitia, atque miſericordia uacuos eſſe decet: ergo omnis paſſio diminuit bonitatem moralis actus.

*c. in cuius ti. eſt. Cæſaris oratio ci. 5. cir. to. 5.

¶ 2 Præt. Actus hominis quantò eſt Deo ſimilior, tantò eſt melior: vñ dicit Apoſt. Ephe. 5. Eſtote imitatores Dei ſicut filii chariſſimi. ſed Deus, & ſancti Angeli puniunt ſine ira, ſine miſeriæ compaſſione ſubueniũt, ut Au. dicit in 9. de* ciu. Dei, ergo eſt melius hmõi opa agere ſine paſſione aĩæ, q̃ cũ paſſiõe.

c. 5. parũ añ me. to. 5.

¶ 3 Prẹt. Sicut malum morale attenditur per ordinem ad rõnem, ita & bonum morale: ſed malũ morale diminuitur per paſſionẽ: minus enim peccat, q peccat ex paſſione, quàm qui peccat ex induſtria: ergo minus bonum operatur, qui operatur ſine paſſione, quàm qui operatur cum paſſione.

Sed contra eſt, quod Aug. dicit 9.* de ciu. Dei, ꝙ paſſio miſericordiæ rõni deſeruit, qñ ita prẹbetur miſericordia, ut iuſtitia conſeruetur, ſiue cùm indigenti tribuitur, ſiue cùm ignoſcitur pẹnitenti, ſed nihil, quod deſeruit rationi, diminuit bonum morale: ergo paſſio animæ non diminuit bonum moris.

Respon. Dicendum, quòd Stoici, ſicut ponebãt omnem paſſionem animæ eſſe malam: ita ponebant cõſequenter, oẽm paſſionẽ animæ diminuere act⁹ bonitatem: omne enim bonum ex ꝑmiſtione mali, uel totaliter tollitur, uel fit minus bonum. Et hoc q dem uerum eſt, ſi dicamus, paſſiones animæ ſolũ inordinatos motus ſenſitiui appetitus, prout ſunt perturbationes, ſeu ægritudines: ſed ſi paſſiones ſimpliciter nominemus oẽs motus appetitus ſenſitiui, ſic ad perfectionẽ humani boni ꝑtinet, ꝙ ẽt ipſẹ paſſiones ſint moderatæ per rõnem. Cùm. n. bonum hominis conſiſtat in rõne, ſicut in radice: tantò iſtud bonum erit perfectius, quantò ad plura, quẹ homini cõueniũt, deriuari põt. unde nullus dubitat, quin ad perfectionem moralis boni pertineat, ꝙ actus exteriorum membrorum per rõnis regulam dirigant. Vnde cùm appetitus ſenſitiuus poſſit obedire rõni, ut* ſupra dictum eſt, ad perfectionem moralis, ſiue humani boni pertinet, quòd etiã ipſæ paſſiones animæ ſint regulatẹ per rationem. Sicut igitur melius eſt, quòd hõ & uelit bonum, & faciat exteriori actu, ita etiam ad perfectionem boni moralis pertinet, quod hõ ad bonum moueatur, non ſolum ſecũdum uoluntatem, ſed etiam ſecũdum appetitum ſẽ

q. 17. ar. 7.

F ſitiuum: ſecundum illud quod in Pſalm. 83. dicitur, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ uiuũ: vt cor accipiamus pro appetitu intellectiuo; carnem autem pro appetitu ſenſitiuo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd paſſiões animæ dupliciter ſe poſſunt habere ad iudicium rõnis. Vno modo antecedenter: & ſic cùm obnubilent iudicium rationis, ex quo dependet bonitas moralis actus, diminuũt actus bonitatem. Laudabilius enim eſt, quòd ex iudicio rationis aliquis faciat opus charitatis, quàm ex ſola paſſione miſericordiẹ. Alio modo ſe habent conſequenter, & hoc dupliciter. uno modo per modum redundantiæ, quia ſcilicet cũ ſuperior pars animæ intenſe mouetur in aliquid, ſeq̃tur motum eius etiam pars inferior: & ſic paſſio exi- G ſtens conſequenter in appetitu ſenſitiuo, eſt ſignum intenſionis uoluntatis. & ſic indicat bonitatem moralem maiorem. Alio modo, per modum electiõis, quando ſcilicet homo ex iudicio rationis eligit affici aliqua paſſione, ut promptius operetur cooperãte appetitu ſenſitiuo; & ſic paſſio animæ addit ad bonitatem actionis.

Ad ii. dicendum, quòd in Deo, & in angelis nõ eſt appetitus ſenſitiuus, neque ẽt membra corporea; & iõ bonũ in eis non attenditur ſecundum ordinationẽ paſſionũ, aut corporeorũ actuũ, ſicut ĩ nobis.

Ad iii. dicendum, quòd paſſio tendens in malum præcedens iudicium rationis, diminuit peccatum: ſed conſequens aliquo prẹdictorum modorũ, H auget ipſum, uel ſignat augmentum eius.

Articvlvs IIII.

Vtrum aliqua paſſio ſit bona, uel mala ex ſua ſpecie.

AD qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd nulla paſſio animæ ſecundum ſpeciem ſuã ſit bona, uel mala moraliter. Bonum. n. & malum morale attenditur ſecundum rationem: ſed paſſiones I ſunt in appetitu ſenſitiuo, & ita id quod eſt ſecundum rõnem accidit eis. cùm ergo nihil, quod eſt per accidens, pertineat ad ſpeciem rei, ur̃ quòd nulla paſſio ſecundũ ſuam ſpeciem ſit bona uel mala.

¶ 2 Præt. Actus & paſſiones hẽnt ſpẽm ex obiecto: ſi ergo aliqua paſſio ẜm aliquã ſuam ſpẽm eſſet bona, uel mala, oporteret quòd paſſiones, quarũ obiectum eſt bonum, bonæ eſſent ẜm ſuã ſpeciẽ, vt amor, deſiderium, & gaudiũ; & paſſiones, quarum obiectum K eſt malum, eſſent malæ ſecũdum ſuam ſpeciem, ut odium, timor & triſtitia: ſed hoc patet eſſe falsũ: non ergo aliqua paſſio eſt bona, uel mala ex ſua ſpecie.

¶ 3 Præt. Nulla ſpecies paſſionum eſt, q̃ non inueniatur in aliis animalibus: ſed bonũ morale nõ inueniẽ niſi in hoĩe. ergo nulla paſſio aĩẹ bona eſt, uel mala ex ſpẽ.

Sed contra ẽ qd' Aug. dicit 9. de ciu. Dei, ꝙ miſericordia ꝑtinet ad uirtutẽ. Phil. ẽt dicit in 2.* Eth.

¶ *Super queſt. uigeſimaquartẹ, articulũ quartum.*

OMiſſo tertio articulo, in quarto notanda ſunt duo pro Nouitiis. Primũ eſt, quòd ſicut nomina exteriorum actuũ ſunt diſtincta, ſic ꝙ aliqua ſignificãt actũ exteriorem, ut terminatur ad aliquid diſſonum rationi, ut furtum, & adulterium: & aliqua, ut terminatur ad aliquid conſonum rationi, ut orare Deum, & ſubuenire pauperi: & aliqua naturaliter, ut ambulare, & loqui: ita contingit in paſſionib⁹: quẹdam enim ſignificant paſſiones ut rationi conſonat, ut miſericordia: quædã, ut diſſonant, ut inuidia: quædam neutraliter, ut triſtitia. Et ſicut de exterioribus actibus dictum eſt, quòd ſunt ſecundum ſe boni, uel mali ex obiecto: ita eodem modo intellige de paſſionibus. Et quòd diſtinctum ſuperius eſt de bonitate ex obiecto, & ex fine: ita applicare memento propoſito.

Paſſio-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Paſſiones enim ipſæ ad ipſum morale bonum & malum ſe habent,ſicut exteriores actus.unde & in litera, & eſt ſecundum propoſitum in principio corporis articuli,proponitur, ꝙ ſicut de actibus, ita de paſſionibus: & in calce dicitur.Sic.n.pertinent ad ſpeciem exterioris actus,ſ. bonũ, & malum moraliter ſic.i.ut obiecta,ita ꝙ ly.pertinent, non reſpicit paſſiones, ut ſubiectum loquutionis, ſed bonum & malum moraliter,& directe complet proportionalem doctrinã de actibus & paſſionibus.

i.q.ar.6.& .&q. 20.

quòd uerecũdia eſt paſſio laudabilis. ergo aliquæ paſſiones ſunt bonæ, uel malæ ſecundum ſuam ſpeciem.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut de actibus*dictum ē,ita & de paſſionibus dicẽdum uidetur,quòd ſcilicet ſpecies actus,uel paſsionis dupliciter conſiderari pōt. Vno modo, ſecundum quod eſt in genere naturæ,& ſic bonum,uel malum morale non pertinẽt ad ſpeciem actus uel paſsiōis. Alio modo, ſecundum quod pertinent ad genus moris, prout.ſ. participant aliquid de uoluntario, & iudicio rationis: & hoc modo bonum & malum morale poſſunt pertinere ad ſpeciem paſsionis, ſecundũ quod accipitur ut obiectum paſſionis, aliquid de ſe conueniens rationi, uel diſſonum a ratione, ſicut patet de uerecundia,quæ eſt timor turpis:& de inuidia, quę eſt triſtitia de bono alterius. ſic enim pertinent ad ſpeciem exterioris actus.

Ad primvm ergo dicendum,quòd ratio illa procedit de paſsionibus ſecundum quod pertinent ad ſpeciem naturæ: prout ſcilicet, appetitus ſenſitiuus in ſe conſideratur: ſecundum uerò quod appetitus ſenſitiuus obedit rationi, iam bonum & malum rationis non eſt ex paſſionibus eius per accidens, ſed per ſe.

Ad secvndvm dicendum,ꝙ paſsiones,quę in bonum tendunt,ſi ſit uerum bonum, ſunt bonę: & ſimiliter quæ a uero malo recedunt:econuerſo uerò,paſſiones quæ ſunt per receſſum a bono, & per acceſſum ad malum,ſunt malæ.

Ad tertivm dicendum, quòd in brutis animalibus appetitus ſenſitiuus non obedit rationi: & tamen inquantum ducitur quadam æſtimatiua naturali,quæ ſubiicitur rationi ſuperiori, ſcilicet diuinæ,eſt in eis quædam ſimilitudo moralis boni,quãtum ad animę paſsiones.

¶ Super Quæſtionem uigeſimamquintam.

Circa titulum quæſtionis uigeſimæquintæ aduerte, quòd præſens quæſtio eſt in ordine naturæ,nõ hoc, uel illo modo, ſed ſimpliciter. Et quoniam in ordine naturæ applicato ad generabilia inuenitur dupliciter aliquid prius uel poſterius, ſcilicet ſecundum intentionem, uel ſecundum executionem: ideo in litera utrũque traditur.

Qvaestio XXV.

De ordine paſsionum adinuicem,in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de ordine paſſionum adinuicem.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, de ordine paſsionũ iraſcibilis ad paſſiões cõcupiſcibilis.

¶Secundò,de ordine paſsionum concupiſcibilis adinuicem.

¶Tertiò,de ordine paſſionũ iraſcibilis adinuicem.

¶Quartò, de quatuor principalibus paſsionibus.

Articvlvs primvs.

Vtrum paſsiones iraſcibilis ſint priores paſsionibus concupiſcibilis,uel econuerſo.

Ad primvm ſic ꝓceditur. Videtur,ꝙ paſſiones iraſcibilis ſint priores paſſionibus con-

A cupiſcibilis.Ordo enim paſsionũ eſt ſecundum ordinem obiectorum: ſed obiectum iraſcibilis eſt bonum arduum,quod uidetur eſſe ſupremum inter alia bona.ergo paſſiones iraſcibilis uidentur p̄eſſe paſsionibus cõcupiſcibilis.

¶ 2 Præt. Mouens eſt prius moto: ſed iraſcibilis comparatur ad concupiſcibilem, ſicut mouens ad motum: ad hoc enim datur animalibus ut tollantur impedimenta,quibus concupiſcibilis ꝓhibetur frui ſuo obiecto,ut * ſu-
B pra dictum eſt. Remouens autē prohibens habet rationem mouentis,ut dicitur in 8.†Phyſ.ergo paſſiones iraſcibilis ſunt priores paſsionibus concupiſcibilis.

¶ 3 Præ.Gaudium & triſtitia sũt paſſiones concupiſcibilis:ſed gaudium & triſtitia conſequũtur ad paſsiones iraſcibilis. dicit enim Philoſophus in ✱ 4. Ethicorum, quòd punitio quietat impetum iræ, delectationem loco triſtitię faciens. ergo paſſiones concupiſcibilis ſunt poſteriores paſſioni-
C bus iraſcibilis.

Sed contra, Paſſiones cõcupiſcibilis reſpiciunt bonum abſolutum: paſsiones autem iraſcibilis reſpiciunt bonum cõtractum,ſcilicet arduum. cùm igitur bonum ſimpliciter ſit prius quàm bonum contractum, uidetur,quòd paſsiones concupiſcibilis ad plura ſe habeant, quàm paſſiones iraſcibilis.

Respon. Dicendũ, quòd paſſiones concupiſcibilis ad plura
D ſe habent,quã paſsiones iraſcibilis.Nam in paſsionibus concupiſcibilis inuenitur aliquid ꝑtinẽs ad motum,ſicut deſiderium: & aliquid pertinens ad quietem, ſicut gaudiũ & triſtitia. Sed in paſſionibus iraſcibilis nõ inuenitur aliquid pertinens ad quietem: ſed ſolum pertinens ad motũ: cuius ratio eſt:quia id,in quo iam quieſcitur,non habet rationem difficilis ſeu ardui,quod eſt obiectũ iraſcibilis: quies autem cum ſit fi-
E nis motus, eſt prior in intentione, ſed poſterior in executione. Si ergo comparentur paſsiones iraſcibilis ad paſsiones concupiſcibilis, quæ ſignificant quietem in bono,manifeſtè paſſiones iraſcibilis præcedunt ordine executionis huiuſmodi paſsiones concupiſcibilis,ſicut ſpes ꝑcedit gaudium,unde cauſat ipſum, ſecundum illud Apoſtoli Rom.12.Spe gaudẽtes. Sed paſsio cõcupiſcibilis ĩportãs quietẽ in malo.ſ. triſtitia, media eſt ĩter duas paſsiones iraſcibilis, ſequitur.n. timorem:

¶ Super quæſtionis uigeſimęquintæ articulum primum.

In reſponſione ad primum primi articuli aduerte, quòd alia eſt diſtinctio proprij a proprio,& proprij a communi. Commune enim non diſtinguitur cõtra proprium per aliquod poſitiuũ in ſe, quod non ſit in proprio: duo autem diſparata diſtinguuntur abinuicem ſuis poſitiuis diſtinctiuis, quorum alterum vnum, alterum reliquum conſtituit. Vnde quia bonum, & bonum arduum ſe habent ſicut commune, & proprium, & non ſicut duo propria: ideo in litera dicitur, quod ratio in oppoſitum allata, ſcilicet bonum arduum, & ſupremum bonum, haberet locum, ſi bonum quod obiectum eſt concupiſcibilis, aliquid oppoſitum diceret, ideſt,ſi diſtingueretur contra bonum arduum, & quoddam aliud particulare, ſeu proprium bonum:ſic enim diceret aliquid bono arduo oppoſitum ſuum, ſcilicet proprium diſtinctiuum. Tunc enim haberent ſe ſicut duo partialia bona, quorum ſuperius procul dubio eſſet naturaliter pri⁹ ſicut uniuerſaliter apparet in cæteris. Sed quia ſe habent ſicut commune, & proprium; ideo quamuis bonum arduum ſit quid excellentius bono abſolute, eſt tamen poſterius: quia illud commune,hoc proprium: illud abſolute,hoc contractum: illud enim dicit bonum commune ad bonum in motu, & bonum in quiete: hoc tantummodo bonum in motu, ut in corpore articuli oſtenditur. Cùm autem audis, obiectum concupiſcibilis comparari ad obiectum iraſcibilis, ut commune ad proprium,& ad plura ſe extendere, &c. non in-

Inf.q.40.ar. 1.co. & 2.2. q.14. ar.3. ad 1. & 3.diſt.26.q. 2.art.3.q.2. co.& uer.q. 25.ar.2.cor. & mal.q. 4. ar.2. ad 12.

*q.23.art.1.

te.32.to.2.

ca. 5. paulo poſt me. to. 5.